Hunt Institute for Botanical Documentation
5th Floor, Hunt Library
Carnegie Mellon University
4909 Frew Street
Pittsburgh, PA 15213-3890
Contact: Archives
Telephone: 412-268-2434
Email: huntinst@andrew.cmu.edu
Web site: www.huntbotanical.org

The Hunt Institute is committed to making its collections accessible for research. We are pleased to offer this digitized version of an item from our Archives.

Usage guidelines
We have provided this low-resolution, digitized version for research purposes. To inquire about publishing any images from this item, please contact the Institute.

About the Institute
The Hunt Institute for Botanical Documentation, a research division of Carnegie Mellon University, specializes in the history of botany and all aspects of plant science and serves the international scientific community through research and documentation. To this end, the Institute acquires and maintains authoritative collections of books, plant images, manuscripts, portraits and data files, and provides publications and other modes of information service. The Institute meets the reference needs of botanists, biologists, historians, conservationists, librarians, bibliographers and the public at large, especially those concerned with any aspect of the North American flora.

Hunt Institute was dedicated in 1961 as the Rachel McMasters Miller Hunt Botanical Library, an international center for bibliographical research and service in the interests of botany and horticulture, as well as a center for the study of all aspects of the history of the plant sciences. By 1971 the Library's activities had so diversified that the name was changed to Hunt Institute for Botanical Documentation. Growth in collections and research projects led to the establishment of four programmatic departments: Archives, Art, Bibliography and the Library.

al Hamb

2

Viro Inclyto

20-

D.D. Alberto Hallero

Consiliario, Archiatro & Professori Medico

[illegible]

Göttingen

Hunt Institute for Botanical Documentation

Illustri DD. Hallero

C. Linnaeus

Per Dnm Nitzsam dabas suavissimas Tuas, refertas candore et
amicitia summa; hanc colo, hanc aestimo et magni facio.
Quidquid velis de meis dicere, poteris omnino, inde mihi nihil recedit,
modo Tuam habeam amicitiam. nolo esse inimicus cum ullo,
multo minus cum teste in arte et antiquo amico.
Si poteris me audire ut amicum candidum, ego suaderem quod desi-
stas ab apologiis cum Hambergero et aliis; non est ille Tibi par.
quantum ille te inferior est, tantum illi accedit de fama. qui
alias lateret paucis notus, nisi suis proximis. Nostrum famulum, Boerha-
vius nunquam respondebat. memor sum illius effati ad me; dixit mihi
nunquam debes respondere ad apologias. et hoc mihi promittas. promisi,
et inde maxime profeci. Tuae horae publico nimis pretiosae sunt.
Tu poteris magis quam centum alii contribuere in augmentum scien-
tiarum; plurima pars hominum judicat, quod non intelligit. vide quomodo
reges bella gerunt. victores evadunt cum ruina plurium millium subdi-
torum; sic Eruditus vincit cum jactura plurium meritorum suorum. Beatus
Dillenius a paucis fuit amatus ob litem cum Rivino, licet victor
evaserit; doluit hoc dein multum; et se hoc doluisse mihi ipse narravit.
si vera nostra sunt, vel falsa, erunt talia licet nostra per vitam
defendimus; post fata nostra pueri qui nunc ludunt in plateis
nostri judices erunt aequi. nunquam Hambergerum perspexerunt; si vel ille
victor evasisset in re erronea. perpende antiquorum controversias
in re herbaria; legas; nonne nauseam pariunt. multi legunt apolo-
gias cum oblectamento, sed nunquam amant personam utram. sed horrent,
et rident. Tu facias in re tua ut placeat; meum est tantum
uti amicus suadere. Non debet imperator nimis diu bella continuare.
cogit hostem saepe ad ea quae ipse non cogitaverat; imminuentur saepe
alii proelii; sic facile accideret ut Hambergerus acciperet amicum, qui
inciperet tua sentiri omnia; forte acciperet quae nunc non intelligit,
in quibus forte cadens. ego haec Tibi dixi ut amicus fidelissimus,
et peream si non haec dixerim Tibi ut amicus integerrimus. si
tu aliter haec excipias a me dicta, valde peccas.

[illegible] ego examinavi, et vidi optime differentiam florum quam
tu observasti a Sloano Fl. Lapponica diversam; et hoc notavi in
Itinere Gotlandico; sed observes quaeso reliquas species, et videas
dein num debeas novum genus condere; observa stamina, modum
florendi etc.

expectamus methodum tuam, quam promisisti, Musae reformatam, ut possim eam inserere classium plant. meae novae editioni cum placeat et magis sese probat. mittam ad te dissertationem de universitate naturali; ego supplicibus verbis a te peto, uti eam amice recenseas et hoc ob certas causas.

Nec haec charta vacua veniat in manus tuas, dabo tibi Muscum rarissimum, quem forte non possideas. Muscus acaulis umbraculo rubicundo, Dillen. musc. appendicem. inveniamus et eundem umbraculo sulcato flavo.

Mira nobis narras de Arctotide, quod semiflosculi radii abortiant et disci fertiles sint, non credebam propriis oculis vel calamo, adeoque hoc hora iterum examinavi flores, sed sunt in meis ~~flosculi radii~~ flosculi radii instructi seminibus magnis, ciliatis corona paleacea obtusa coronatis; flosculi disci tantum gerunt semina angustissima expressa et fere nulla. annon tu aliud habeas genus; vel annon habeas speciem mihi non visam.?

Taeniam examinavi, et reperi 14 vivas integras, quaesivi caput quod omnes medici in lumbrico lato quaesiverunt, sed frustra; falsissimum est caput quod Tulpius habet in observationibus, et frustra quaeritur caput; nam caput est in singulo articulo, et os in singulo articulo, in una specie sublus, in altera ad latus. nullus mortalium poterit intelligere hanc vermem qui non intellexerit polyporum naturam, de quibus recentiores tam multa; habet taenia naturam polyporum, et propagatur secedentibus articulis, dum quilibet articulus vivit et accrescit in perfectum corpus. inseri alii ipsa corpus non imprimendus

Tandem intellexi qua ratione margaritae nascuntur et generantur in conchis; et potero jam efficere ut quaelibet concha margaritifera, quam libet in manu tenere, post 5 vel 6 annos ferat margaritam magnitudine seminis pisi e vicia vulgari.

vidisti procul dubio volumen 8 act. naturae curiosorum, et ibi Mitchellii nova genera. sunt certo

certo	Cynorrhynchium est	Mimulus	forte Aronia est	Azarus
	Dicarpa	Itea	Unica	Arenaria
	Memecylon	Andromeda.	Elymus	— Zizania
	Pentstemon	Chelone	Erebinthus	Cracca
	Melilobus	Gleditsia	Hedysarum	— Ziziphora
	Spondylococcos	Callicarpa.	vera et genuina	Anonide
	Trilopus —	Hamamelis		Angiosplania
	Trixis —	Proserpinaca		Triticalli
	Aphyllon —	Orobanche		Melocodendron
	Chamaedaphne	Lonicera.	Imperfecta ~~Hedysarum~~	Darsonus
				Leptostachya
				Myrsine
				Helix.

Difficile valde fuit haec extricare.

Hunt Institute for Botanical Documentation

Ego non seduxi Te, Optime Amice, cum dedi recensionem membr
societatis regiae Stockholmensis; fuere omnes, quos scripsi, Dati
et mihi in mandatis data; ut ad eos scriberem, licet
Academia nullos alios receperit, quam solum eos, qui
responsum dedere et testificati sunt se eam beneplacitum.
Nomina specifica in Horto Ups. plura emendaverim, cum plures jam
novem species; certe qui non attendit ad omnes notas, erat quotiesc
scribit nomen non habito respectu ad omnes notas
nil novi. vale et diu vive sospes.

Upsal. 1748 d. 13 Sept.

Hunt Institute for Botanical Documentation